



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXVII. Graf Günther von Schwarzburg bekennt auf Abschlag von einer
Schuld des Markgrafen Ludwig 306 Mark aus dem Zoll zu Schwedt
aufgenommen zu haben, am 16. Dezember 1342.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXVII. Graf Günther von Schwarzburg bekennt auf Abschlag von einer Schuld des Markgrafen Ludwig 306 Mark aus dem Zoll zu Schwedt aufgenommen zu haben,
am 16. Dezember 1342.

Nos Guntherus, dei gratia Comes de Swartzburg, Recognoscimus per presentes, Quod recepimus de theloneo in zweth CCC marcas et sex puri argenti de Sabbato preterito ante walpurgis vsque in feriam secundam post festum lucie virginis et Inclitum dominum nostrum brand. marchionem XL sexagenis et VIII, qui dicuntur wlgariter zalgrossin, quitum et salutum dimittimus Cuius computationi interfuit Strenuus miles marscalcus dictus hel, aduocatus in premtzla dictus hornbeck, famosus vir dominus Eberwinus, prothonotarius, Incliti marchionis brand. In cuius etc. Datum anno Domini M^o. CCC^o. XLII^o. feria II post lucie virginis, Berlin.

Nach dem Copialbuche Imperium Ludovici Imperatoris Nr. XXV.

XXVIII. Markgraf Ludwig verpachtet den Zoll zu Schwedt auf 10 Jahre einem Bürger zu Frankfurt, am 10. September 1343.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandinburgensis et Lusatie marchio, Comes palatinus Reni, Bauarie Karinthieque dux Sacrique Romani Imperii archicamerarius, Locauimus, locamus, exposuimus et presentibus exponimus discreto viro Johanni Bavaro, Ciuitatis nostre vranchinfurth Cui, dilecto nostro, Sophie, conthorali sue legitime, suisque veris et legitimis heredibus theoloneum Ciuitatis nostre Zweth tam in terris quam in aquis cum singulis et vniuersis suis pertinenciis ex debito uel ex iure sibi pronunc pertinentibus, pro quatuor milibus marcarum argenti brandinburgensis et ponderis ad decem annorum tenendum et habendum spatium continuum, Sic quod singulis annis nobis uel heredibus nostris Quadringentas marcas paratas argenti prenotati soluere siue dare debebit et tenebitur, Quoufque nobis uel heredibus nostris de dictis Quatuor milibus marcis argenti prout premittitur satisfecerit et complete. Nunciamus etiam ipsum heredisque suo de noningentis marcis argenti brandenburgeris preacti nobis per ipsum datis et solutis quitum presentibus penitus et solutum. Adicientes etiam, si dissensionum uel gwerrarum occasione ipsum heredisque suos aliqua dampna siue pericula in dicto theoloneo rite probabilia incidere vel illabi contingeret, quod ea sibi secundum nostri consiliariorumque nostrorum decretum volumus et tenebimur restaurare. Debebit etiam, nobis heredibus et successoribus nostris Quidquid nobili viro Chunrado, duci de Tecken, dilecto nostro fideli, in ducentis marcis brandinburgensis monete, sibi per nos in redditibus siue pensionibus ciuitatis nostre Zweth villarumque dictam ciuitatem adiacencium et ad ipsam pertinencium deputatis et assignatis, defecerit, quod tamen sibi dare siue nostri nomine soluere debebit, in predictis Quadringentis marcis secundum ipsius documenta legitima defalcare. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus Sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Honorabilis et religiosus vir frater Geuehardus de bortuelt Strenuique milites Albertus de Woluestein, Bethelkinus de Ost et Hasso senior de Wedel Cum ceteris pluribus fide dignis, Quibus presens